



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

16. Quomodo Andronicus Oniam Pontificem dolo occidens postea purpura exutus, totamque per ciuitatem circumductus, in eodem loco, in quo Oniam intersecerat, occiditur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Ex libr. 2. cap. 4. Machabæorum. *Andronicus Oniam*
Ponificem dolo occidens, postea purpura exutus,
namque per civitatem circumductus, in eodem lo-
co, in quo Oniam interfecerat, occiditur.

CAP. XVI.

CUM apud Tharsenses & Mallotas seditio
 moueretur, rex Antiochus festinanter il-
 luc venit sedare illam, relicto suscepto vno ex
 comitibus suis Andronico. Ratus autem Me-
 nelaus accepisse se tempus opportunum, au-
 rea quædam vasa è templo furatus, donavit An-
 dronico, & alia vendiderat Tyri, & per vici-
 nas civitates. Quod cum certissimè cognouisset
 Onias, arguebat eum; ipse in loco tuto se
 continens Antiochia secus Daphnè. Vnde Me-
 nelaus accedens ad Andronicum, rogabat ut Oniam
 interficeret. Qui cum venisset ad Oniam,
 & dâis dextris eum iureiurando (quamvis ef-
 set ei suspectus) suasisset de asylo procedere,
 statim eum premit, non veritus iusticiam. Ob
 quam causam non solum Iudæi, sed etiam
 Græci quoque nationes indignabantur, & moeste-
 rebant de necetati viri iniusta. Sed regressum
 regem de Cilicia locis, adierunt Iudæi apud
 Antiochiam, simul & Græci: conquerentes de
 iniusta necè Oniæ. Contristatus itaque est ani-
 mo Antiochus propter Oniam, & flexus ad mise-
 ricordiam, lachrymas fudit, recordatus de-
 functi sobrietatem & modestiam. Accensisque
 animis Andronicum purpura exutum per to-
 tam

536 COLLATION. SACRAR.
tam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem
loco, in quo in Oniam impietatem commise-
rat, sacri legum vita priuari, Domino illi
dignam retribuente poenam.

Ex eod. lib. 2. cap. 4. & 8. Machabeorum. Lysimachus multis in templo commissis sacrilegijs, ararium interficitur. Callisthenes, cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur.

CAP. XVII.

Multis sacrilegijs in templo à Lysimachis commissis, Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersus Lysimachum, multo iam auro exportato. Tunc illis autem insurgentibus, & animis iracundis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus, quibus quis manibus uti cepit, duce quodam tyranno, arate pariter & dementia prouecto. Sed illi intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuerunt: quidam quoque cinerem in Lysimachum iecerunt: Et multi quidam eum vulnerati, quidam autem & prostrati. Omnes verò in fugam conuersi sunt. Is enim etiam sacrilegum secus ararium interfecerat. (3. Mach. 8.) Et cum epinicia agerent in Hierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, ad Callisthenem, cum in quoddam domicilio refugissent, incenderunt, digna illis mercede pro impietatibus suis reddita.

Ex 2. Machabeorum cap. 13. De funesto interitu Menelai sacrilegi.